

Johannes Vorst Samuel Rachel

Positiones Miscellae

Rostochii: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730218929>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1649

Johann Verrinus

Samuel Rachel



POSITIONES
MISCELLÆ,

Quæ

Consensu venerandi Philoso-
phorum Ordinis

In Academiâ Rostochiensî

à

M. JOHANNE VORSTIO
DITHMARSO,

ET

SAMUELE RACHELIO,
DITHMARSO


Ad disputandum publicè
proponuntur

*Ad diem XVII Novembris
in auditorio majori.*

✽(o)✽



ROSTOCHII;
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr. 1649.



I.



Logica ex mente Aristotelis referenda est ad aliquem illorum habituum, quos ipse libro VI. Eth. Nicom. recensuit.

II. Divisio habituum dianoëtico- rum in principales & minus principales sive instrumentales, quam Jacobus Zabarella fecit, non facta est ex mente Aristotelis.

III. Objectum Logicæ non est omne ens, quatenus secundis notionibus substat, ut idem voluit Zabarella.

IV. Oratio hæc *Necesse est ut fidem vivam habeas, habere bona opera. Necesse est, ut salutem adipiscaris, habere fidem vivam.* E. *Necesse est, ut salutem adipiscaris, habere bona opera,* hæc, inquam, oratio, non est syllogismus modalis, ut non nemo appellat: & omnino non est syllogismus.

V. Quod Vir quidam Cl. scripsit, nunquam esse ferendum opponentem, qui ita opponat: *Quodcumq; dogma fidei non habet fundamentum in scripturâ, illud non est asserendum. Dogma hoc vel illud non habet fundamentum in scriptura.* E. *non est asserendum,* id nobis non probatur.

VI. Divisio τῆς λόγῃς in τὴν ἕστω sive ἐνδιάθετον, & τὴν ἔξω sive περὶ φερόμενον non est divisio generis in species.

VII. Uti nec divisio legis in legem naturæ & civilem.

VIII. Et divisio Virtutis in ethicam, & dianoëticam.

IX. Vehementer improbamus, quod Guil. Amesius in suis philosophematis scripsit, Ethicam inter Christianos non esse tolerandam, quod omnia, quæ ad mores formandos pertinent, habeantur in sacris literis,

X. Isra-

X. Israëlitæ cum vasa aurea ex Ægypto absportarunt: cum item Palæstinam occuparunt, non egerunt injustè, neq; adeò contra septimum præceptum.

XI. Mentem Aristotelis non satis commodè & plene exponunt nonnulli, qui, ubi dixerunt, Philosophum operationem secundum virtutem facere summum bonum, de solâ virtute ethicâ fermocinantur: dianoëticæ autem vix ac ne vix quidem mentionem faciunt, ut ad beatitudinem obtinendam necessariæ.

XII. Commodum G. Pafor præf. in Ind Hesiodi monuit, popularem & auditorem suum Sebastianum Pfochenium per suam de linguæ Græcæ N. T. puritate diatriben non ivisse negatum, in N. T. dari Hebraismos; sed negare tot esse, quod fingantur, adeoq; solum numerû minuere. Nimirû contendere velle in N. T. nullos dari Hebraismos, prorsus εὐθεῖς foret & absurdum. Aliter autem Pfochenii mentem videntur accepisse quidam viri docti.

XIII. Verba epistolæ ad Hebræos c. XIII. v. 16. quæ ex vulgatâ versione ita habent: *Talibus hostiis promeretur Deus*, nihil habent solœcismi.

XIV. Duæ voculæ ὀδυνᾶσαι & πωχεῖσαι, quarum prior Luc. XVI. 25. posterior. I. Cor. IV. 7. legitur, optimè firmant conjecturam Jac. Welleri, communem formam τὴν esse contractam ex τὴνθεσαι.

XV. S. Clementis Romani in epistolâ ad Corinthios, quam Patritius Junius plusculos abhinc annos edidit, inter alia hæc sunt verba: ὡκεανὸς ἀνθρώπων ἀπέθαν- τῶ (ἀπέθαντῶ) ἔτι οἱ περ' αὐτῶν κόσμοι ταῖς αὐταῖς ταχαῖς (Δευτα- ραῖς) διαδύονται. *Oceanus hominibus impermeabilis, & qui trans ipsum sunt, mundi eisdem Domini mandatis* (quibus cæ-
tera

tera omnia) *ordinantur*. In ea paulo iniquius est judicium Isaaci Vossii in notis ad epistolam Barnabæ, quam ipse post Hugonem Menardum unâ S. Ignatii epistolis edidit. *Quis*, inquit, *bono animo concoquere possit fabellam illam, quam de Phœnice narrat (Clemens Romanus) deq; pluribus ultra Oceanum mundis.*

XVI. Verba quædam S. Cypriani ex epistolâ ipsius ad Cornelium, quæ ex collocatione Pamelij est XLV. ita habent: *Nos singulis navigantibus, ne cum scandalo ullo navigarent, rationem reddidisse nos scimus, & hortatos esse, ut ecclesia catholica matricem & radicem agnoscerent, ac tenerent.* Illis vir sanctus non aliud voluit dicere, quam quod dixisse S. Hippolytum, cum is martyrium subiit, Prudentius memoriæ prodidit *μετ' ἑφάων* hymno quarto. *Respondit*, inquit, *fugite o miseri, execranda Novati Schismata: catholicis reddite vos populis, Una fides vigeat, prisco quæ condita templo est, Quam Paulus retinet, quamq; cathedra Petri.*



X. Israëlita cum vasa au-
runt: cum item Palæstinam oc-
justè, neq; adeò contra septima

XI. Mentem Aristotelis r-
nè exponunt nonnulli, qui, ubi
operationem secundum virtu-
num, de solâ virtute ethicâ fer-
autem vix ac ne vix quidem m-
beatitudinem obtinendam ne-

XII. Commodum G. Pas-
monuit, popularem & audite
Pfochenium per suam de lingu-
diatriben non ivisse negatum
smos; sed negare tot esse, quod
numerû minuere. Nimirû cont-
los dari Hebraismos, prorsus
Aliter autem Pfochenii men-
quidam viri docti.

XIII. Verba epistolæ ad Hel-
ex vulgatâ versione ita habent
Deus, nihil habent solœcismi.

XIV. Duæ voculæ ὀδυῶσαι
or Luc. XVI. 25. posterior. I. Co-
firmant conjecturam Jac. Welle-
τόπῃ esse contractam ex τόπῆσαι.

XV. S. Clementis Roman-
thios, quam Patritius Junius pl-
edidit, inter alia hæc sunt verba
τῶ (ἀπέρατ) ἔοι μετ' αὐτὸν κόσμ-
χαίς) διαθύνονται. Oceanus hominib
trans ipsum sunt, mundi eisdem Dom-

pto absporta-
on egerunt in-
am.

inmodè & ple-
Philosophum
summum bo-
: dianoëticæ
faciunt, ut ad

Ind Hesiodi
Sebastianum
. T. puritate
dari Hebrai-
ideoq; solum
in N. T. nul-
& absurdum
ur accepisse

II. v. 16. quæ
in promeretur
quarum pri-
itur, optimè
nem formam

â ad Corin-
hinc annos
ῶνται ἀπέαν-
χαίς (ἀγα-
bilis, & qui
quibus cæ-
tera

